



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**LEGVM PON||TIFICIARVM GRE-||gorij noni, seu  
Decretalium pentateu-||chus**

**Mesnart, Martin**

**Parisiis, 1555**

x. De his quæ siunt à prælato sine consensu capituli.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-63486](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-63486)

tum si quis aduersus eum cui concessio primum facta erit quid obicere poterit, ordine iudiciario experitor.

*Ne sede vacante aliquid innouetur. Tit. 9.*

**E**Piscopali sede vacante de eius statu, & iure <sup>1. Nouit.</sup> ne quid innouator, ne quid ipsi concessum mutator. cum de præsule ecclesia ordinata erit, tum demum qui quid aduersus eam petent ius suum prosequuntur.

Itaque quæ depositiones testium vacante ec- <sup>3. Constitutis.</sup> clesia, & legitimo personarum numero carente receptorum in ecclesiæ causa habitæ erunt, reiciuntur.

Atque adeo capitulum vacante sede vice episcopi in præbendorum conlatione ne fungitor. <sup>2. Illæ.</sup>

*De his quæ fiunt à Prælato sine consensu capituli. Tit. 10.*

**P**Rælati eiusque fratres vnum corpus fun- <sup>4. Nouit.</sup> to. qui caput sicut omiſſis membris aliorum consilio in ecclesiæ suæ negociis ne utitur. Abbates, abbatissas, aliàsve ecclesiasticas personas sine fratrum suorum consilio ne instituit, neve destituit. Quæ contra factæ erunt institutiones & destitutiones infirmæ sunt.

In concessionibus, confirmationibus, & aliis <sup>5. Quæto.</sup> ecclesiæ suæ negociis fratres suos requirit. cum eorum consilio saniorisve partis eadem peragito, pertractato. quæ sciscenda, statuenda erunt, sciscito, statuito, errata conrigo, euellenda dissipato, euellito, absentiũ fratrum nomina inscribi ne sinito.

## De his quæ fiunt à præ. sine cōs. cap.

si fiet: talia monumenta inrita falsa sunt.

*6. Ea no-  
scitur.*

Item in quibus ecclesiis conlegia ius præsentandi habebunt, quæ ad eas fiēt à prælati præsentationes de conlegiorum eorum adsensu fiunt. sine hoc infirmæ sunt. ni conuentus, maiorisve & sanioris partis consensum adfuisse cōstabit, nīve qui eorum ex antiqua & adprobata consuetudine, seu concessa libertate concessi sibi conlegii consensum non requiri probassint, ecclesiarum & beneficiorum huiusmodi conlationes, & institutiones euacuantur.

*10. Et si  
membra.*

In his itaque omnibus episcopus capitulo suo deferto. Quinimo quæ in prouinciis sunt cathedralium ecclesiarum capitula ad prouincialia concilia inuitantur. eorum nuncii, maxumè super iis quæ capitula ipsa contingent, ad tractatum admittuntur.

*9. Pasto-  
ralis.*

Sed &, salua constitutione canonica de concedenda piis locis quinquagēsimā portione, episcopo sine summi pont. authoritate, siue saltem capituli voluntate cuiusquam parochialis ecclesiæ obuentiones uiris religiosis conferre sustentatione vicarii reseruata, seu ecclesiis nouam imponere, vel veterem augere pensionem, aut religiosis consentiēte patrono totā ecclesiā, aliquāme de nouo portionē cōferre ne licet.

*7. Cum a-  
postolica.*

Laicus tamen si decumam detinebit, ut eam ecclesiæ, ad quam spectabit, restituat, monetur. Si autem induci nequibit, & eam etiam cum folius diocesani consensu alteri ecclesiæ adsignat fit, præsertim religioso conuentui: ipsa donatio perpetua firmitate subnixa constat. Sic in re-

uocãdis à laicis ad ecclesiasticum vsum quæ ip-  
 sis in feudum perpetuò concessa detinebuntur  
 consensus episcopi tantum quæritor. Sine con-  
 sensu autem episcoporum nulla quamlibet reli-  
 giosa persona ecclesias, decumãsvē de manu lai-  
 corum recipito. At si quod ab ecclesia posside-  
 bitur alienandum crit: nemo episcopus de rebus  
 ecclesiæ quicquã donato, commutato, vendito,  
 ni quid eorum faciet vt meliora prospiciat. Túc  
 autem cum totius cleri cõsensu & tractatu quod  
 ecclesiæ sine dubio profuturum fiet elegito.

Alioquin episcoporum donatio, venditio, & *8. Tua.*  
 rei ecclesiasticæ commutatio absque conniuen-  
 tia & subscribtione clericorum facta si erit, in-  
 rita esto. Itaque nec episcopo electóve etiam cū  
 archidiacono præter ad sensum maioris eccle-  
 siæ à qua elegeretur episcopus, & de qua adsume-  
 tur archidiaconus, cœnobiis, ecclesiisve con-  
 uetualibus ad quas ius pertinebit patronatus va-  
 cantes ecclesias baptismales perpetuò conferre  
 liceto. Concessiones ecclesiarum ad perpetuas  
 alienationes pertinere intelleguntor.

In summa: episcoporum donatio, venditio, vel *1. Irrita.*  
 commutatio rei ecclesiasticæ absque conlau-  
 datione & subscribtione clericorum inrita esto.

Ergo multò fortiùs concessio, quam nedum *3. Cũ nos.*  
 non subscribente sed & reclamãte capitulo præ-  
 latus faxit, ni post eam ratam habesit, ne teneto.

Vnde decumæ concessio ab abbatissa conuen *2. Contine  
 batur.*  
 tu sciante & non contradicente si cui facta erit,  
 firma esto. si eo ignorãte contradicentéve priùs  
 facta fiet: quæ deinde de consensu ipsius alteri,